



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita S. Lamberti Martyris, Episcopi Tungrensis: Leodiensis
Ciuitatis, & Ditionis Divi Tvtelaris**

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

Capvt XXIII. Mira quædam post Lamberti cædem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44084

156 VITA S. LAMBERTI
rem quām antea , incæde crudeli-
tatem, ostenderunt.

CAPVT XXIII.

*Mira quadam post LAMBERTI
cædem.*

SOLVTA Sanctissima illa Anima
mortali corpore, emicans ad im-
mortales sedes, æternū triumpha-
tura , multo cum beatorum Ange-
lorum comitatu, & ambitione, tran-
slata est.

*Angelo-
rum in
LAM-
BERTI
Excessu,
concen-
trus.*

Hoc , quod de Angelis dixi, non
modò ideo credendū , quòd ita cum
talibus fieri amat, &c passim exempla
in Sanctorum excessu , obvia sunt:
sed quod constat , à pijs hominibus,
qui tum aduiuebant, auditos fuisse,
cælestem harmoniam, modulatis di-
uinum in modum , vocibus , conci-
nētes. Hoc magnū. Sed istud maius,
certè rarius, quod iam subiungo.

Beati Apostoli Sedē Romæ tum
habebat Pontifex Sergius, Sanctitate
clarissi-

clarissimus. Is, eâdem luce, & horâ,
quâ L A M B E R T V S obtruncabatur,
somno fatigatos artus reficiebat. Sergio
P.M. en
A stat illi Angelus à DEO legatione
fungens, multo lumine coruscus, qui Excef-
sum, &
eiusmodi fere sermone cum affatus alia nis-
dicitur: Diligenter verbis meis atten- iat An-
de: ea sedulus exequere, quæ DEI gelus,
iussu præcipio. Tungrorun^s Episcopus
L A M B E R T V S , nefariorum hominū ma-
nibus , pro Veritatis, Iustiæ tute-
lā, confossum iacet. Iam iam eius spiritus,
inter beatos Martyres receptus , celum
triumphans ingressus est. Ad eius depre-
cationē non vult DEVS , eam Ecclesiam
Pastore in longum viduatam viuere.
Tu igitur eius Discipulum Hubertum
nomine , hominem sanctum , ad id
munus aptissimum , illi mox substitue,
quem hodie urbem sub auroram ingres-
sum intelliges , conspicuum statim
agnosces. Ut porrò scias , me vera , ex
DEI mente nuntiare , baculum Pasto-
ralem eiusdem Martyris en tibi offero,
quem Huberto , eius Successori , signum

Divis.

Diuinae electionis: tradere te iubeo.

Recessit, his dieis Angelus, & Sergius somno solutus, de insomnio solicitus cogitat. Ecce autem Pedium aspicit in conspectu positum, & vera se vidisse cognoscit. Neque diu de Huberto quærendum fuit, qui paucis ante Magistri Martyrium diebus ex Austrasiâ Romam pietatis causâ profectus, eo ipso manè Vrbem ingressus est, & mox agnitus, Tungensi Ecclesiæ à Summo Pontifice, Episcopus inauguratus.

Magna & memoratu dignissima, eaque plurima sunt, quæ in eâ inauguratione contigerunt: sed non est consilium ea hîc enarrare, quod non sint ad propositum argumentum. Ampliter ea execus sum in Historiâ S. Huberti, quæ inde petet, cui lubebit.

C A-